

cessum Cæsaris per integrum mens-
sem in meis hæsisse ædibus; dum ex-
pecto Tubingensis tabellarii redi-
tum ex Austria. Quem postquam
prætergressum putassem Lincium,
litteras illas ministro meo dedi Vien-
nam deportandas; quia ferebatur
inde tabellarius Argentinam iturus
circa Natalia. Rogo itaque D. Am-
monium imprimis, deinde etiam me
habeas excusatum. Tubingensis
quidem ille paulò post ad me rediit,
sed literæ jam erant Viennæ.

Libellus de Natali Christi, à te cu-
ratus est optimè, gratias ago perma-
gnas.

Puto me superioribus tempori-
bus ad te scripsisse de commentariis
Porphyrii in Harmonica Ptolemæi
Græcis, an illa habeantur in Biblio-
theca Dasypodiana; & si habentur,
quousque continuentur. Quæso si
potes,